

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus necessariis

Continuatio || Consiliorum || Sapientiæ, || Sive || Axiomatum || Salomonis - Maxime Necessariorum Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; Cum Reflexionibus Sup hac Axiomata

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

XIX. Utene, quasi homo frugi, his quæ tibi apponuntur. Eccl. 31.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37901

intelligentia hominum sapientum effe-
gendi media pro conservatione suæ san-
tatis, & sequendi ordinationem hujus
Medici, qui cognoscit interna, & effici-
medio eorum.

Infelicitas omnium aliorum Medico-
rum est, quod visum suum eosque ex-
tendere non valeant; Ipsi enim tantum
vident exteriora alicujus Infirmi, & divi-
niant reliqua per conjecturas.

REGULÆ DECIMA NONA

Viere, quasi homo frugi, his quantib[us] apponuntur. Eccl. 31.

PARAPHRASIS.

*Nutrias te ut vivas, & non comedas
quam pro tuo nutrimento. Non acci-
cipe quam id quod vult natura, &
quantum ipsi necessarium est pro satis-
tentatione virium & vitae. Nihil de
Cupiditati, nec animum trahim
deat, aut timeas assimilari bestiis in
actionibus, in quibus nobis assimilar-*

181

tur, & nobiscum sunt communes.
Cor splendidum & honestum principali-
ter est in epulis, vult enim ut mensa
sua habeat aliquem saporem suā nobis-
litatis, puritatis, & nitoris spiritualis.
Mensa male ordinata denotat spiri-
tum negligentem, & vitam irregula-
rem.

Non inhæreas prandiis sumptuosis, ubi
disputandum est, seque affigendum
pro honore obtinendo, quis ex tota so-
ciate sit minus modestus ac sobrius.
Hoc est bellum, in quo plurimi misera-
biliter in lecto vita perii demortui sunt
inter omnia crimina & opprobria bru-
talitatis; nec enim est mors hāc infa-
mior & funestior.

Prandia inordinata sunt parricida totius
hominis: Pœna hodierna intemperan-
tiae est adhuc eadem quæ fuit primi pec-
catoris, nempe ipsa mors.

Differentia est, quod inordinata Comestio
primi hominis causaverit nobis mor-
tem etiam in senectute & decrepita æ-
tate; nostra propria vero nobis mor-
tem causet in ipsa juventute. Pauci
homi-

362 Consilia Sapientia.

homines moriuntur, quia sunt sensi,
plurimi & plerique omnes quia nimis
multum comedenterunt.

Vinum fuit creatum pro exhilarando &
fortificando, non verò pro extinguenda
ratione, & debilitandis animi viri-
bus.

Vinum moderatè sumptum est fortitudo
anomi, exultatio cordis & sanitas
corporis.

REFLEXIO.

COrpus humanum quando sustentatur
per animam mortalem, est rectissi-
mum & pulcherrimum omnium corpo-
rum; sed quando est separatum ab ani-
ma, formidabilissimum omnium cada-
verum, non est horribilior putredo visu
nec fætor insupportabilior.

Similiter actio potius & esus, quando
est mortua, nec animata aliquâ bona &
spirituali opinione, aut intentione pla-
cendi Deo, absque dubio est actio vitu-
perabilis, & homine indigna, quamque
Angeli aversantur.

Sed

Sed quando sustentatur & relevatur
cum hac supernaturali intentione, est ho-
norabilis & sancta, & habemus paucas
res aut actiones exteriōres, quae distin-
guant nostram dignitatem aut differen-
tiā à bestiis, quam hanc, quae alias nos
videtur in eodem cum illis gradu ponere,
& corum conditioni assūlari.

Regula bestiarum est, quod quālibet
horā, turpiter, cum aviditate & solitariē
comedant; ita ut cum difficultate admit-
tant societatem alicujus alterius bestiæ.
Mensa hominum debet ē contrario
monstrare signa suae magnitudinis, & ejus
supremæ authoritatis, ut apparcat nitor,
ordo, magnificentia, & aliæ Regales vir-
utes, quae debent elucēre in Domino
animalium, dum comedit, ut distingua-
tur à suis Sclavis.

Oportet ut ad certas horas ordinetur,
quod nec pauperibus impossibile est; ut
talis mensa sit nitida, quod & facile est
pauperibus; ut honesta sit & commu-
nis Amicis, quod est indispensabile

sabile Principibus, & in majori gradu constitutis, & ordinarium illis, qui aliquid bonorum & generosi animi possident, & qui cogitant se nullam rem habere, cujus non habent partem illi, quos amant.

Ipsi Angeli secundum mentem Sancti Genevensis Episcopi in hoc sibi non dispensarent, si transformarentur in homines, & conversarentur cum illis, vellent enim vivere ut Angeli excepta mensa. Hic est honor naturae spiritualis, posse descendere ad similitudinem bestiarum per actiones, in quibus illa minus quam unquam ipsis assimilatur, & ubi magis quam in quaunque alia occasione apparet, quod homo sit infinite elevatus supra bestias.

REGULA VIGESIMA.

*Si dormieris, non timebis: quiesces
& suavis erit somnus tuus.
Prov. 3.*

PARAPHRASIS.

Si es fidelis Deo de die, dormies absque timore.